



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXC. Romana primogenituræ de Barigianis. An testatore mandante  
fructuum investmentum & multipicum cum sola facultate concessa primo  
hæredi percipien di quamdam summam, quando ad certam ætatem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

re, vel re particulari, ut in proposito restitutionis fructuum medii temporis habemus in muliere transiuncte ad secunda vota contra praeceptum primi viri ex deductis per Manit. de conjectur. lib. 12. tit. 4. 19. Franch. & add. dec. 174. & 23. Gregor. & adden. dec. 187 Merlin lib. 2. contror 40. late Redenase. cons. 28. & habetur sub tit. de servitio. ad materiam ususfruct. & cum quibus terminis ac similibus procedere videntur Paris & sequaces.

Sed male quorties testatoris praeceptu iam impliebat cum subseguente effectu assumptionis ac retentio-  
nis cognominis, & insignium, quorum deservio non proveniat a voluntario sacerdoti, & deservione, qua testatoris offensam ac iniuria cī nota ingratitudinis redoleat; sed provenit à iusta causa postmodum supervenientia alesquendi maius emolumenta. Tunc enim usurpa in materia incompatibilitatis advertitur, non desunt volentes, ut ex præsumpta verisimili voluntate testatoris licet contraveniri possit absque caducitatē incursum. Sed quando ex facti qualitate id recipiendum non sit, absolutum tamen videtur istam non culposam seu non criminosa contraventionem aliud non operari nisi quādam speciem mortis civilis facientem effectus mortis naturalis super obligatione restituendi hereditatem vel fideicommissum ex nunc, non autem ut ex tunc.

Quoverò ad secundum quæsitionem, dixi recep-  
tam esse conclusionem, de qua plures sub cit. de usu-  
ris & interesse, ut suscipiens in se mandatum, seu cu-  
ram investiendi pecuniam in effectus fructiferos, ac  
successivè fructus multiplicandi, si non adimplerat,  
teneatur loco dannorum & interesse ad totum id,  
quod alius perceptum esset seu percipi debuisset, si  
investimentum verè factum esset, idque non ratione  
usurarium, ac mora ob non solutum, seu non datum,  
sed ob non factum, seu non adimplerum mandatum,  
ut in terminis susceptionis hujusmodi mandati faci-  
endi multiplicum per contractum inter vivos  
habetur in Romana multiplici dec. 8. par. 4 rec. tom. 2.  
& dec. 668. eadem par. 4 tom. 3. & latius in eadem  
tertia Novembri 1635 coram Pirovano, & 18. Martii  
1654. coram Melito ubi concordantes. Et de hærede,  
cui per testatorem tale onus injunctum esset, late  
Gratian. discept. 54. o. ubi etiam registratur Rota de-  
cisiō impr. inter recentiores par 2 decisi. 68. plures e-  
nunciata dist. preead. ac etiam habetur apud Duno-  
zett. decisi. 627. & in Romana pecuniaria 15. lunii 1665.  
coram Albergato, & frequenter.

Dubitandi autem ratio solum in hac facti specie  
capere videbatur in eo quod testator loquutus esset  
de mei etate fructuum bonorum hæreditariorum,  
an scilicet intelligendum veniret solum de fructu-  
bus bonorum remanorum in hæreditate de tem-  
pore mortis, vel etiam esset habenda ratio superfec-  
tationis seu fructuum qui percepti suffident ex investi-  
mento, si illud sequitur; Et in hoc pariter  
respondi pro superfecutione, quoniam posito, quod  
sueperatum mandatum adimplerum sufficeret, ac bona  
fructifera de facto cum fructibus bonorum hæreditariorum  
acquisita sufficeret tunc eo ipso effecta dice-  
rentur bona hæreditaria & hæreditati incorporata  
tanquam per speciem alluvionis, & consequenter eis  
convenit præceptum quod loquitur de bonis hæ-  
reditariorum, ut late firmatur in specie apud Gratian. discep. 540 & in Rota decisione ibidem registrata, &  
repetita a dec. 682. par. 2. rec.

Demum quoad tertium quantitatis fructuum  
pro illorum liquidatione, dixi quæstionem esse ma-  
gis facti quam iuris, siquidem juris regula seu præ-  
sumptio est, ut fructus bonorum stabilium importa-

re censeatur ad rationem quinque pro centenario,  
adeoū spatio annorum 20. forte adæquent, juxta  
receptam gloss. in auth. perpetua Cod. de Sacrostant. Ec-  
cles. de qua apud Buratt. dec. 65 & 112. apud Dunozett.  
decisi. 672 num. 9. & frequenter sub tit. de usuris, præ-  
sertim in Baren, censu dis 17. atque cum ista regula  
processum fuit in d. Romana multiplici; Verum ut in  
d. Baren. & alibi plures advertuntur, ista est mala juris  
præsumptio, absque dubio elidibilis ex contraria  
probatione seu veritate, qua frequentius pendere  
solet ex morte regionis in hac materia vario, ideo-  
que totum est potius facti quam juris etiam circa  
judicis arbitrium pro moderatione temporis con-  
gruia ad inveniendum occasiones ac faciendum in-  
vestimenta, quod pariter certam non habet regulam  
sed torum pender ex facti qualitate.

## ROMANA PRIMOGENITURÆ DE BARIGIANIS

PRO

LÆLIO CARANDINO BARIGIANO

CVI

ANNA MARIA CARANDINA.

Casus decisus per Rotam pro Lælio.

An testatore mandante fructuum in-  
vestimentum & multipicum cum  
sola facultate concessa primo hære-  
di percipiendi quamdam summam  
quando ad certam ætatem perven-  
tit, talis permisso sit personalis, vel  
potius conveniat omnibus aliis sub-  
stitutis. Et quatenus conveniat, An  
intelligendum sit cum eadem qua-  
litate ætatis præscriptæ in primo  
hærede.

## SUMMARIUM.

1. Acti series cum ratione dubitandi.
2. Resolutio cause.
3. Quod primo instituimus vel primo vocatus stare soleat demonstrative pro omnibus vocatis.
4. Et de qualitate adiecta primo, ut censeatur etiam p-  
lii reperita.
5. Quod in quæstione decidenda attendi debeat substantia  
voluntatis non autem formalitas verborum.
6. Possessori fideicommissi, vel majoratus cui sit probabilitas  
percepcionis fructuum debentur alimenta que deben-  
tur etiam illi, qui successione sperat.
7. De ratione, ob quam certa qualitas adiecta primo  
conveniat vel non conveniat successoribus.
8. Quod principaliter spectari debeat finis, seu efficius &  
testator voluntas.

DISC.

## DISC. CXC.

**L**elius Barigianus, instituta hærede Imperia nepte ex filia, mandavit ex eius hæreditate separari scuta o.m. in quibus erexit primo genitaram ad favorem filiorum ac descendientium eiusdem Imperiæ, quorum fructus, ac fructuum fructus mul.ipl.cari deberent usquequo completeret summa scutorum 100. m concedendo solum primo successori facultatem percipiendi ex fructibus annua scuta 500. postquam pervenisset ad ætatem 35. annorum, iuxta dispositionis verba præcisa registrata in huius causæ decisione apud Celsum decis. 40. Cum autem unicus filius matculus dictæ Imperiæ ex primo matrimonio in hac primogenitura successor, postquam ad dictam ætatem pervenit, (quimodo ante ex dispensatione Apostolica) usquequo vixit, dicta annua scuta 500. percepisset, e. que de functo sine prole primogenitura transitum fecisset in Camillum Carandinum eiusdem Imperiæ ex secundo matrimonio filium, hic de facto priusquam ad dictam ætatem perveniret, dictam summam percepit. ita continuando usque ad obitum, quo sequito superstite Lælio filio infante, cui dicta primogenitura delata fuit, Anna Maria præfati Carandini germana soror, atque in dicta primogenitura intercessa ob spem successionis eius filiorum pretendere coepit integrus fructus multiplicandos esse, neque dictæ detractioni scutorum 500. locum fore, ut ita citius multiplicum completeret, quasquid dicta summa interim concessa solum fuerit primo successori, ad quem tantum verba dispositionis diriguntur, ideoque esset personalis ad alios successores non trahenda, quodque ubi trahi deberet, adhuc tamen intelligendum venire cum eadem qualitate, quando scilicet ad ætatem anorum 35. perveniret,

Hinc priuilegio introducta defuper causa in Rota coram Cefso, datoque dubio sub die 13 junii 1663. ad favorem dicti Lælii pro dicta exactionis competencia prodit resolutio ut patet ex dicta decisione 40. inter suas, neque causa habuit ulteriore disputacionis progressum, eius etiam occasione cessante ob induitum Apostolicum per Clementem IX. dicto Lælio concessum super usu seu participatione cuiusdam partis fructuum cum derogatione voluntatis testatoris.

In hac autem disputatione scribentes hinc inde deducebant generalia circa significationem verborum seu clausularum, & dictiōnum, ex quibus desumendum esset, an dicta permisso, quæ directa erat ad primum successorem, esset personalis, vel potius in eo demonstrati censeretur omnes successores, eo modo quo in Adam demonstrantur omnes homines, quo exemplo uti solent Legistæ ex deductis per Castill lib. 5. conrrov. cap. 87 num. 24. & 27. & supra in Romana fideic. de Boncompagni dis. 75. & in aliis, prætentibus scribentibus pro hac parte, quod ita sub nomine primi omnes demonstrati essent, econversò prætentibus scribentibus in contrarium quod facultas esset personalis immorando in grammaticalibus significationibus verborum, aliisque generalitatibus, quarum aliquæ in prædicta decisione enunciantur.

Mihī verò pro Lælio scribenti non placebat ista defensionis via, quod scilicet substantieri deberet, quod dispositio directa primo conveniret successoribus tanquam sub eo demonstratis ut supra, quoniam ita cadere poterat non improbabili dubitandi ratio, ut repetitio censenda esset cum sua causa & qualitate

statim in primo ut supra prescripsit, & super repetitione scribentes in contrarium multa gressilia quoque deducebant deducta ex Mânia de gen. lib. 3. cap. 5. num. 62. Menich conf. 17. nro 10. quest 403 nro 37. & aliis, insitudo in confusa non absurdū, quod alias melioris conditionis successores quam primò vocatus & vestitus prædilectus.

Dicebam igitur, etiam cum sensu veritatis has questione potius facti & voluntatis quam iuxta omnium questionum sub has iudiciorum materia cadentium fere uniformiter auctor procedendum esse cum tortis infinita regula propositione, de qua Manica de coni. lib. 3. p. 1. Otthob. dec. 254. in fine, & passim, ut scilicet in tex vel formula verborum sed substantia vel attendi debear.

Voluntatis autem substantia in eo considerando sensu videbatur, quod de jure prohibetur auctore mediato vel immediato successor in fiducia vel majoratu illam fructum perceperet, quæ alias sibi sine dubio debita est, saltem de alimenta ex dispositione textus in l. 1. art. p. 1. um ff. de ventre in posse mitte, cum concordia quibus surd de alim. tit. 1. qu. 8. num. 4. legi. 1. rint par. 1. cap. 24. & 25. Rota post Fenn. ad dec. 53. in Romana reditio rationis 27. Fenn. 1. coram Bevil aqua, edita in casu de quo supra dicitur. Idque si procedit in termini fortiori non speratur heres ac futurus successor in modo magis isto casu in quo jam successio effectum fecerit, atque successor cogitur proprium nomen propter quam familiam abnegando, alienum nomen non nomen assumere.

Verum quia super alimentorum taxam determinata regula dari non posset, factum missum est judicis prudenti arbitrio ex iustitate regulando, iuxta deducta quid Manica & passim. Unde propterē successors pro ipsius quæcumque multiplicum completere, habebant benevolum, de facili magnam taxam non posse, atque ita multiplici implementi a pedire, magisque in longum protractione. Hinc ind. prudens testator volunt ipse huiusmodi facere in summa scuta 500. indefinite omnibus successoribus, cum dilatatione tamen dicti tempore atate primi demonstrati, & sic magis demum in omnibus, quam taxativè in primo, & tamen pro dilatatione sed pro exemptione ab hoc non quam interim primogenitura habere debent, ita modo justaque ratione, ut hoc medio remittat ejus effectus mediante multiplici ad tamen man pervenire possent, quod exinde cum dilatatione ita effectis majoribus utriusque possit esse tenuis scutum, ut scilicet pars defervere possit pro similitudine possessoris, & pars pro perficiendo multiplici quod circa prima tempora impossibile era possit. Cum enim ad hunc effectum definiti pars scuta 10. m. ex qua vis percipi potest, in summa quam testator pro alimentis congruenter putavit, idcirco eius finis nunquam impli possit nisi mediante dicta dilatatione, qui completa, in quam ex cessante impedimento, seu remoto dilatculo intrare deberet iuris dispositio super aliam per possessorum primogenituram simpliciter absquendit, iuxta taxam ab ipso testatore præceptam non curato, in qua etate successore non remanserint. Et hanc mihi videbatur substantia rei iuncta testatoris, quodque cum hac via processum esset magis, quam conformis verborum &

Del. A  
de  
ftanu  
eucat  
gVI  
g

Orumque grammaticalibus significacionibus, aliiſque generalitatibus; Et his statutibus justam ac probabilem credidi resolutionem. Si enim primus obiſſet antequam perveniret ad aetatem 35. annorum, Secundus vero successor esset in etate majori ita ut eam excessisset, dicebam quod non exinde dictum emolumenitum aſſequi debuifet, sed adhuc expectari debuifet complementum dicti temporis coniungendo etiam primum decursum in vita primi. Et ita etiam econtra spectato dicto fine seu effectu magis quam fono, vel significacione verborum, iuxta ea quae super ista propositione attendi magis dipofitionis finem seu effectum quam grammaticalem ſententiam verborum ex Dunoz. dec. 4. 7. alijs dec. 93. par. 7. recent. & aliis habent plures in praecedentibus, praefertim in Romana fideicommissione Baldassini dico. 45. & in aliis ibi proximis, ac etiam in Firmana dico. 33.

- 73 Vbi est negotiatio necessaria damnum & lucrum aſſerit hereditatis.
- 74 Quando dicatur cauſa necessaria.
- 75 In caſu quo lucrum fit hereditatis, an heredi debetetur participatio ratione industria personalis.
- 76 Quid de lucris fatis per filium familiæ cum pecunia patris.

## DISC. CXI.

**O**RTA controverſia per mortem Pauli Dondini inter eius credores ex una, eiusdem que fratres iure ſubstitutionis reciprocæ ſuccedentes in bonis à communī patre obvenientis ex altera, ſuper ſeparatione bonorum liberorum à fidei-committarii, introducta cauſa in Rota, plures prodierunt decisiones coram Dunozetto, Melio & Verofipo, pluresque erant controverſie puncti, quorū major pars in puro facto confitebat, duo autem erant principales puncti admixtam habentes ſati ac juris inspectionem; Primo ſcilicet, an quædam primogenitura per donationem inter vivos erecta per patrem ad favorem Pauli tanquam primogeniti, at ſibi imputanda veniret in legitimam necne; Et ſecundum, cum idem pater in civitate Anconæ quædam negotium ſeu mercimonium ſociale ad certum tempus haberet, atque moriens mandaverit debere continuari usque ad tempus conuentum cum ſociis, an lucra notabilia ex dicto mercimoniio obvenia cederent commodo fideicommissi, vel potius commodo dicti Pauli hereditis gravatae pro ejusratas In utroque autem prodierunt decisiones fideicommissariis favorabiles, nempe 28. Iunii 1668. & 12. Iunii 1669. coram Melio, 5. Iulii 1662. & Iunii 1669. Verofipo, ad quarum decisionum normam data ſententia, & commissa per appellationem cauſa in eadē Rota coram Catalaiu, ultra reformationem dicta ſententia in aliis punctis in facto conſistentibus, reformatā etiam ſuit ſuper dicto puncto imputationis legitima, respondingo ſub die 25. Martij 1669. dicta imputationi locum non esse. Quoverò ad dictum alterum punctum lucrorum, de quo ſolū agitur in decisionibus coram Melio, ob votorum discordiam nulla capta ſuit refutatio, & reproposita cauſa ſub die 18. Martii 1669. coram eodem, perſicatum fuī in decisioſe favore creditorum quoad dictum punctum imputationis, quoverò ad alterum lucrorum, prodit refutatio pro fideicommissariis, ea ſcilicet hereditatis, & fideicommissi commodo cedere debere, atque in hoc ſtatu cauſa penderet.

De primo puncto habent particulariter actum in hac eadem cauſa in ſua materia ſub ratiōne legitima & deratōnibus, atque iſta posteriores resolutiones, in ſenſu etiam veritatis, probabiliores mehiacque fundatae vīſe ſunt, cum revera, tam ex facto, quam ex jure priores resolutiones pro imputatione non videantur habere probabile fundamentum, ut ibi.

Quatenus vero pertinet ad ſecundum punctum ſub iſta fideicommissaria materia cadentem, Alii pro hac parte creditorum ſcribentes firmiter credebant iſta lucra commodo hereditis magis quam hereditatis cedere debere ex eo fundamento, quod dicantur fructus de jure cedere debentes ad corammodum hereditis non autem hereditatis, ad textum in l. in fideicommissariam, & l. mulier ſi heres ff. ad trebell. Quamvis enim iſta regula limiteretur accidente contraria testatoris voluntate, attamen receperunt eſt iſtam iſſe debere claram, ex iis qua ex Manica Peregr. & aliis habentur deducta ſuprā in Romana legati de Frangipani dīc. 187. deducendo in ſpecie lucrorum negotiationis

## BONON.

## SEPARATIONIS BONORVM

PRO

CREDITORIBUS PAULI DONDINI

CUM

FRATRIBUS DE DONDINIS

*Causa varie decisus per Rotam.*

De lucris ſeu emolumentis & acquiſitionibus obvenientibus ex industria vel negotiacione facta de bonis hereditariis per heredem gravatum, An & quando veniant ſub restituitione fideicommissi, vel respectivè ad ipsum gravatum pertineant; Et econverso cujus ſit eisdem negotiationis damnum.

## SUMMARIUM.

- 1 Adiſeris.
- 2 Deciſio cauſe.
- 3 An primogeniture per donationem impacem in legiſtam remiſiſe.
- 4 Fructus eadē commodo hereditis.
- 5 Idem de lucris hadensis loco fructuum.
- 6 Contrarium procedendo cum eisdem terminis.
- 7 Quod iſteterminis fructuum non cadant in lucris negotiationis, nam fructus ſunt qui percipiantur ſalva reſuſtantia.
- 8 Quod lucra negotiationis ſunt ſpecies ſortis aucta.
- 9 Lucra cambiorum dicuntur pars ſortis.
- 10 Tutor tenet inviſtere pecuniam pupillarem, ſed non potest etandem ponere in mercimonio.
- 11 De diſtinctione quando lucrum mercimonii ſit hereditatis vel iſipſis hereditis.
- 12 De ratione ob quam in caſu voluntaria negotiationis lucrum eſt hereditis.